



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Vernum tempus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Anus tanto labore, tanto studio, tam diuturnus, & posteris quoque usui futurus & deficitur: nam si parentes intereant, eam adeunt hereditatem filii, vel eam artem a parentibus edociti, unde sibi necessaria comparare possint, norunt. Agnoscit hoc Basilius, ubi ait: *Nemo paupertatem deploret Juam; In Hexam.* neq; is de sua vita desperat, atcumque jam esse de ipsa putet, cui nihil est de patrimonio relictum: non enim defuncti artes & industria, quibus siis exercere voluerimus, neque Hirundinibus deteriores esse, vitam commode agere valeamus. Hujus vero hieroglyphici argumentum ex eo desumptum, scribit Horus, quod uti superioris dictum, Hirundo usque adeo filiorum commodis studet ut vel peritura, dum a qua perfusa, & pulvere volutata capturæ periculum adit evidentissimum nihilo fecius sedem filiis paratura, opus perfidere conatur.

IMPLORATIO AUXILII. CAP. XXVI.

Invenias apud Xenophontem (quisquis ille fuerit) eo libello, qui titulo De æquivovis circumferatur, per aves has in nido ore patente pictas, populos auxilium implorantes hieroglyphice significari: nids enim patriam, os vero ad apertum clamorem, & implorationem ostendit. Hic illud in Ezechiae Cantico: *Sicut pullus Hirundinis, sic clamabo.* Unde admodum eruditus Plautus Hirundines ob- *Ezais 38.* jicit in somnum Demonæ, quas Simia sollicitabat, qui sit filium statim penes lares suos in phano Venoris implorantem, inventurus: illa enim, Hirundinum more, quodammodo transfretaverat, & ad consuetas sibi sedes, domum quidem paternam, delata erat.

AMICUS INUTILIS. CAP. XXVII.

A pud aliquos Hirundinem pro amico ponit, tum inutili, tum ingratu & perdifficili, comperias: *Hirundo non sicura tur.* quippe qui moribus nostris, & familiaris vita rationi difficulter assuecat. Hirundo siquidem nostro magis quam ulla alia volucris contubernali freta, diu nobiscum versata, nostra omnium maximè familiaris atque domestica, nullam tamen nobis utilitatem afferit, numquam mansuescit cicuraturve. Proinde verno, hoc est, tranquillo adventante tempore, nos invisit, & quasi in officio futura præsto est: hyeme vero, hoc est, turbido celo instanti, adversaque fortuna ingrumente profugit: qua similitudine utitur ad infidam amicitiam notandam, author Rheticorum ad Herennium. Eaque de causa Pythagoras eas a teatis ablegavit: id scilicet inuere volens, hujusmodi nota homines evitando, ac nu'lo pacto consuetudinem & amicitiam cum illis ineundam esse. Id quod Plutarchus Symposiacum octava decade latius explicavit, quæ, ne multa congeramus, brevitas causa præterimus.

VERNUM TEMPUS. CAP. XXVIII.

Illud vero nulli non innotuit, Hirundines plures convolantes à mari verni temporis indicium esse, *Ex Aristophanem ver non facere.* Accidit huc Ciceronianum *tele in Ethibzomma in C. Verrem,* ubi dicit: *Satisne vobis magnam pecuniam Veneriu homo, qui ē Chelidonis filius in provinciam profectus est. Veneris nomine quasi videatur?* Alludit, inquit Asconius, ad nomen, quod C. Verrem. Hirundo, quam Chelidona Græci vocant, Veris, id est, temporis verni sit amica: illa enim adulto semper vere præsto est, totamque apud nos astatem agit. Atque hoc illud est quod Horatius ait: *Cum Lephys & Hirundine prima.* Et apud Aristophanem, Equitibus, παιδες σχολασθωσαντες, ηταν χελιδωνες. Apud Athenæum legas Rhodiis præcipuum fuisse morem sub tempus vernum Hirundinem invitare, idque χελιδονες dicebant. Apud Aristophanem Hirundo chlamyrm vendere, theristrum emere suadet: præteriste quippe hiemem admonuit, adesse vero astatem.

GARRULITAS. CAP. XXIX.

Cæterum D. Hieronymus & Cyrillus cum Aristotele consentientes, per præceptum illud Pythagoricum, ἵπος φίσης χελιδόνας υπέχειν, absinendum à commercio garrulorum & fusurronum intelligunt, quam quidem sententiam corroborat Alexandri historia, quem cum quiescentem Hirundo quæ-